Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26144
Copyright: Admont, Benediktinerstift

In Cap. 12.

et alios expectant qui postea futuri sunt. Videsne quia nos
in hoc superamur eos. Ve nobis inquit dicunt. Metuimus aliquid puidit
dns. ne aliquid a nobis plus habere uideant. Si primi quoque nos
coronarent. Vnum diffinitum tempus omnium coronat. et qui
ante tantos uicit tertium accipiet coronam. Contemplaris enim
et dilectionem diuinam. Et non dixit ne sine nobis coronentur. sed ne si
ne nobis sumentur. Propinde etiam profecto ut parebunt. puerue
runt nos incertaminibus. sed non puerituit in corona
Non enim illos lesit. sed nos honorauit. Nam et ipsi fra
tres uos libenter expectant. Si enim unum corpus omnis
sumus. maior ex hoc efficitur corpori iocunditas. cum si
mul et communiter coronantur. et non per partes. Et iusti
in hoc etiam sunt mirabiles. quo sicut de propriis bonis. sic
gaudent de bonis fratrum. Propinde et iam illis hoc iuxta uotum
procedit ut cum fratribus coronentur. ut simul glorificentur mag
na iocunditate. Ideoque inquit et nos tantam habentes Cap. XII.
impositam nubem testium. Inmutuis scriptura consolationem as
sumpsit maxime ex accedentibus rebus. Sicut solent prophete ex estu
ex duricia. ex ymbribus. Hoc igitur hic dicit. quia memoriam
sancte illaque sicut nubes inflamans ex radio igneo. sic animam
magis oppressam excitat et recreat. et non dixit super nos appa
rentem. sed impositam nobis quod amplius erat. Propinde in maiore
nos fiducia esse facit nubes testium et moles. Et merito
testes eos appellauit. non eos qui in nouo testamento fue
runt tantum. sed et illos qui in ueteri erant significauit.
quorum etiam illi testificati sunt maiestati diuine. sicut tres